

cap. 19. Jobi: LXX. fanè contradicunt, qui verterunt *Ἰπὶ ἄνσ.* Noſtram verò ſententiam ſupra in *ἐκφείσδ* fatiſ prolixè expoſuimus.

3. Per *Ἰפּוּ* in Scripturis ſepulchra & receptacula mortuorum notari, frequentius eſt, quàm ut probari debeat. Vide *Eſ. 3. c. 14. Job. 17. v. ult. c. 20. v. 11. c. 21. v. 26. Eſa. 26. v. 19. Dan. 12. v. 2. &c.*

4. Lutherus viciffim non verba, ſed ſenſum attendit, adeoque non verbum de verbo reddidit, ſed ſcopum Jobi & veram ejus mentem expoſuit, quod interpretes alii ſimiliter obſervârunt, & ob hoc jure laudantur, nedum ut reprehendantur. LXXV.

Quæ autem præterea objiciunt de verbo *Ἰפּוּ* quod Lutherus vertit active, *Er wird mich auſſerwecken* & ſenſu v. 26. Poſtquam pellem meam contriverint, ubi Lutherus reddidit, *Und ich werde darnach mit dieſer meiner Haut umgeben werden* ad iſta omnia reſponſum eſt ſuprà in *ἠδὲ φείσδ*, quæ hic repetere nolumus, ne Lectori ſaſtidium creemus. LXXVI.

### Membrum Sextum.

BREVIS AD QUÆSTIONES NONNULLAS E TEXTU  
FLUENTES ἈΝΤΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

### QUÆSTIO I.

Num fides per ignorantiam definiri debeat?

Opinio Bellarmini.

Ita quidem Bellarmino viſum eſt, qui *lib. 1. de juſtis. c. 7. col. 949. B. Myſteria*, inquit, *fidei, quæ rationem ſuperant, credimus, non intelligimus; ac per hoc fides diſtinguitur contra ſcientiam, & melius per ignorantiam, quam per notitiam definitur.*

Quæ refutatur per dictâ Jobi.

Sed contrarium ſuo exemplo Jobus confirmat, qui ſublimem & omni ratione incomprehenſibilem Reſurrectionis articulum ſe pleniffimè ſcire, adeoque ſciendo credere profitetur. Ex quo tale argumentum neſtimus: *Reſurrectio mortuorum ſcitur. Reſurrectio eſt articulus fidei: E. quidam articulus fidei ſcitur, & per conſequens, falſum eſt generale iſtud Bellarmini pronunciatum, myſteria fidei rationem*

nem